



Classical Association of the Middle West and South

2015-2016 Latin Translation Contest

Advanced Level

Directions: Write a neat and legible translation of the passage below. Translate as literally as possible. You may write on the passage if you wish, but only translations written on the designated answer sheet will be judged. Underlined words and phrases are glossed on the second page. Time limit: 60 minutes.

A Letter From Dido To Aeneas

Ovid, *Heroides* 7.1-24

Accipe, Dardanidē, moritūrae carmen Elissae;
quae legis ā nōbīs ultima verba legī.

Sīc ubi fāta vocant, ūdīs abiectus in herbīs
ad vada Maeandrī concinit albus olor.

Nec quia tē nostrā spērem prece posse movērī, 5
alloquor: adversō mōvimus ista deō!

Sed meritī fāmam corpusque animumque pudīcum
cum male perdiderim, perdere verba leve est.

Certus es īre tamen miseramque relinquere Dīdōn
atque īdem ventī vēla fidemque ferent. 10

Certus es, Aenēā, cum foedere solvere nāvēs,
quaeque ubi sint nescīs, Itala regna sequī.

Nec nova Karthāgō, nec tē crescentia tangunt
moenia nec sceptrō trādita summa tuō.

Facta fugis, facienda petis; quaerenda per orbem 15
altera, quaeſīta est altera terra tibī.

Ut terram inveniās, quis eam tibi trādet habendam?
Quis sua nōn nōtīs arva tenenda dabit?

Alter habendus amor tibi restat et altera Dīdō
quamque iterum fallās, altera danda fidēs. 20

Quandō erit, ut condās instar Karthāginis urbem
et videās populōs altus ab arce tuōs?

Omnia ut ēveniant, nec dī tua vōta morentur,
unde tibī, quae tē sīc amet, ūxor erit?

Vocabulary and Notes

- 1 **Dardanidēs, -ae (m):** *Descendant of Dardanus=Aeneas*
Elissa, -ae (f): *Dido*
- 2 **ultima verb legī** = "the last words to be read"
- 3 **ūdus, -a, -um (adj):** *wet*
abiciō, abicere, abiēcī, abiectus: *to throw away*
herba, -ae (f): *grass*
- 4 **ad vada Maeandrī** = "by the waters of the Meander River"
concinō, concinere, concinuī: *to sing, to shout*
olor, olōris (m): *swan*
- 6 **alloquor, alloquī, allocūtus sum:** *to address, to speak to*
ista= ista verba
- 7 **meritī famam** = "my reputation for merit"
pudīcus, -a, -um (adj): *chaste, pure*
- 8 **perdere** = "to waste"
- 9 **miseram ... Dīdōn** = "wretched Dido" (Greek accusative)
- 10 **vēlum, -i (n):** *sail*
- 11 **Aenēā** = *Aeneas (vocative case)*
- 12 **Itala regna** = "Italian kingdoms"
- 13 **nova Karthāgō** = "a new Carthage"
- 14 **sceptrum, -ī (n):** *a sceptre*
summa = "heights"
- 17 **Ut** = "Suppose that"
- 18 **nōn nōtīs** = "by unknown men"
- 19 **habendus ... restat** = "remains to be had"
- 21 **instar Karthāginis urbem** = "a city like Carthage"
- 22 **altus ab arce** = "from high in your citadel!"
- 23 **ut** = "Suppose that"
ēveniō, ēvenīre, ēvēnī, ēventus: *to happen, to come to pass*